



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi  
Maioris Apvd Herbipolin Abbatis, viri suo aeuo doctiss. ...  
Partis Opera Historica, Qvotqvot hactenus reperiri  
potuerunt, omnia**

Partim E Vetvstis Fvgientibusque editionibus reuocata, & ad fidem  
Archetyporum castigata; partim ex manuscriptis nunc primùm edita ;  
Qvorvm Catalogvm Aversa pagina exhibet

Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd  
Herbipolin Abbatis, viri suo æuo doctiss. Primae Partis Opera Historica,  
Quotquot hactenus reperiri potuerunt, omnia

**Trithemius, Johannes**

**Francofvrti, 1601**

Reverendi Patris Domini Iohannis De Trittenham Abbatis Spanhemensis,  
Ad Venerandvm Doctissimvmqve virum, patrem Albertvm Morderer,  
Epistolæ responsiua, rationem reddens, cur inter Ecclesiasticos ...

**urn:nbn:de:0128-1-17297**

REVERENDI PATRIS DOMINI  
IOHANNIS DE TRITTENHEM ABBATIS

SPANHEMENSIS, AD VENERANDVM DOCTISSIMVM QVE  
virum, patrem ALBERTVM MORDERER, Epistola responsiva, rationem  
reddens, cur inter Ecclesiasticos scriptores multos secularium  
litterarum professores posuerit.



Rater Iohannes de Trittenhem, abbas in Spanhem, ordinis sancti Benedicti fratri Alberto Morderer, ordinis minorum de observantia, amico salutem dicit. Mirari te dicis (Alberte amantissime) quod professores secularium litterarum qui nihil Ecclesiasticum se sperunt, inter viros illustres Ecclesiasticosque scriptores posuerim, cum harum rerum scriptores Hieronymus, Gennadius, Isidorus, Honorius, Sigebertus, & reliqui doctorum censes id minime fecisse inueniantur, indignum tradicans ut secularibus disciplinis inuenti, qui nihil ad Ecclesiam vniuersalis adificationem laborauerunt inter Ecclesiasticos scriptores locum fortiantur. Non miror quod miraris, mirantur & ceteri. Tibi ergo respondendo satisfecerim omnibus, qui eade opinione tenentur. Et primo quidem cur alii non fecerint quod me fecisse miraris, nihil ad me pertinet, ego vero quare fecerim quod illi non fecerunt breuiter narrabo. Equidem bonarum artium, professores in fide catholica manentes, philosophos, oratores, atque poetas, qui vtile honestum in sua facultate quaeque scripserunt, ego indignos catalogo illustrium virorum nequaquam censo, quos inuare Ecclesiam suis lucubrationibus non ignoro. Neque enim satis eruditum in diuini scripturis quemquam dici posse arbitror, ubi secularis litteraturae disciplinam ignorauit. Quo autem eam disceret Theologus, si non sit qui tradiderit? Quis nesciat quantum Christianus & fidelis philosophus pro Ecclesia, qui gentiliū errores destruit, argumens, & fallaces syllogismos aperit, dogmata infidelium confundit? Lege veterum historiarum, & inuenies gesta fidem astruere verbis. Quotiens orthodoxi philosophi calliditatem hereticorum disputando destruxerint, gentiles sperarint, schismaticos vicerint? Quid multis vtar: Omnis Theologorum schola, à philosophia iam studendi semini exordium, adeo, ut theologus esse non possit, qui prius philosophus apud eos non extiterit. De oratoribus quid dicam, sine quorum magisterio instructuissimum antiqui omnem censebat theologum quippe qui bona quae didicisset aliis persuadere non potuerit. Rhetor enim figurarum scripturarum reserat, tropos dilucidat, dissoluit nodos, colores ostendit, dubia enucleat, umbras verborum efficit claras. Qui dum oratoris assumit officium, facile hereticorum allegationes destruit, atque conuincit errores. Quis denique boni oratoris laudes digne persequi valeat, si quantum in persuadendo possit diligenter pensat? O vtiā omnino theologus nostri temporis oratoriam coleret, quantum in Ecclesia Dei suis exhortationibus fructum producere possent? Theologus orator, animos auditorum suorum in potestate sua habere dicitur, ad cuius persuasiones ad ea quae sancta & iusta sunt, facile mouentur. Sed neque poetas Christianos abiicimus, quos theoria nostra magis appropinquare non dubitamus, qui sub umbra rei gesta vtilis, quid agendum fugiendumque sit nobis compendario demonstrant. Neque ignoramus quantum in iuriam hodie suscipiant poetae, theologi quibus iam indigestus & crudus, qui omnes poetas vna sententia damnant, mendaces eos asserentes atque impilatos, quos non possunt esse veraces & boni qui carmina veterum imitantur poetarum. Absit poetam bonum esse non posse, atque veracem, qui sanctos patres Augustinum, Hieronymum, Sedulium, Prudentium, Bedam aliosque innumerabiles in hac arte habuit praecessores. Sed non est mei officii, neque huius temporis horam ignauiam redarguere. Et ergo claudam epistolam, ego philosophos, oratores, poetas, ceterarumque bonarum artium cultores fideles & Christianos, qui aliquid vtile scripserunt Ecclesiasticis scriptoribus, connumerandos existimavi tripliciter. Prima, quod eorum opuscula ad scientiam sanctarum scripturarum, non modicum conducere posse arbitraui sum. Secunda, quod verisimile mihi videtur eos aliqua Ecclesiastica scripsisse quae me lateant. Vltima quod occasione sibi per nos data, intelligant, ut Ecclesiastica deinceps scribentes, locum susceptum condignis laboribus exornent. Tantos ergo viros Ecclesia catholica tam vtilis, in ne reuicendos existimas? Absit a nobis ut tam temerariam illis iniuriam irrogeremus, qua nos credant emulationis studio pronocatos non ratione pietatis. Demique nobis illud quod vulgo iactatur proverbium: Scientia non habet inimicum, nisi ignorantem. His itaque breuiter tibi respondere volui, ut scires non causa factum, quod factum ante mirabar. Vale, nostri memor ad Deum in orationibus tuis. Ex Spanhem, quarto nonas Aprilis. Anno domini 1492.

Trittenhemij

Opera  
historica